2350

Hoszowski Kropiwnickiem Donat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Nobilis Roman Hoszowski, olim Nobilis Eliae Hoszowski filius sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq. suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq. subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria quae et quanta se Recognoscentem inter alios consuccessores suos post fata eiusdem olim parentis sui iure diuino et naturali Successione spectant et concernunt in bonis Villae Kropiwnik Stary dictae Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacen. et consisten. Cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate, haereditate titulog. haereditario, cumq. omnibus et singulis, bonorum eorundem utilitatibus, fructibus prouentibus, reddetibus, commodis, emolumentisq. quibusuis, tum agris pratis, fundis, hortis, pomarijs, syluis, gajis nemoribus pascuis, pascuarijs piscinis fluuijs, fluminibus, torrentibus, aquarum decursibus, attinentijsq. et pertinentijs generaliter uniuersis. Nihil ex praemissis Juris, Dominij, proprietatis, haereditatis ac cuiusuis Competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisq. Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et è contra in nullo derogando, verum ita late, longè circumferentialiterq., prout praefatorum bonorum haereditas, se in

suis

suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq concernebant ac eidem legitime pertinebant, tam ex nunc et de facto Nobili Eliæ Kropiwnicki olim Nobilis Procopij Kropiwnicki filio et ipsius Successoribus dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout dat, donat, actualiter pro perpetuo, mero, perpetuo ac irrevocabili donationis inscribit et resignat perpetuo et in Aevum irrevocabiliterq. In quæ quidem bona suprascripta præmissaq omnia præsentibus donata is idem Regni Nobilis Roman Horcowski præfato Nobili Eliæ Kropiwnicki Donatario suo eiusq posteris iam ex nunc et de facto coram Officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq voluerint Officiose acceptand, per ipsum Nobilem Eliam Kropiwnicki Donatarium suum eiusq posteros, hæc eadem bona præsentibus donata, cum omni Iure, Dominio, proprietate competentiaq et prærogativa quavis, tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumq Successorum, quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuo et Aeviter nis temporibus. Debebitq et tenebitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq quibusvis pecuniarijs habitis et habendis suprascripto Nobili Eliæ Kropiwnicki Donatario suo eiusq posteris inscribit et obligat præsenti, ipsum et eius Successores in dictis bonis, præmissisq omnibus

2352

sentibus donatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione vindica, quarumcunq personarum cuius cunq conditionis status et sexus cuiusvis existen ex occasione suprascriptorum modo quovis exorienda, per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere evincere, intercedere et eliberare, indemnemq cum posteri reddere, nec non bona praefata praesen resignata ab omni bus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eisdem bonis praesen per se Recognoscen donationibus, superque eisdem bonis praesen per se Recognoscen donati cuicunq personarum modo quovis factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus, super eadem bona praemissaq omnia praesen resignata impetratis et impetran, Lucris deniq et perlucris, Processibusq Iuris quibusvis, in quocunq puncto et gradu Iuris dependen, et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinen, ac super praemissis ortis praesen resignatis modo quovis perductis et perducen, emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus resignatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, datamq et admissam eadem Possessionem et usumfructum praemissorum omnium et singulorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumq Nobilem Eliam Krupitowski Donatarium suum ac ipsius Successores in dictis bonis praesentibus resignatis

tam

tam in toto quam in quavis minima parte non inveniam, ita vt eadem bona praemissaq omnia, cum vniversis eorundem vtilitatibus, et vsufructibus is idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis vigore tenere, habere et possidere queat, illisq vti frui possit perpetuo et in Aevum irrevocabiliterq. Islq sub Damnis Terrestribus, simpliciter absq reponsali Iuramento taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem vel eius posteros supraScripto Nobili Eliae Krzepicnicki Donatario suo aut illius posteris, ob non complementum praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Proquibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad soluendum succubitis, ac pro re aliqua principali, ex praemissis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Roman Hoszowski, olim Nobilis Hilarii Hoszowski filius siue eius successores, Ad Instantiam praefati Nobilis Eliae Krzepicnicki olim Nobilis Prokopii Krzepicnicki filii vel eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense Citatione vece sua supraScripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praetacta Terrestria luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ac Exercitorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vltra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac eorum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia plenis

simpliciter

2354

Port. Pag. 941 ... [illegible]

simplicibus vel implicatis euasionibus, Suspensionibus, Vadijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conuentioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho pridie Festi Sancti Lucae Euangelistae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

17/X

Kruszelnicki Alterum Quietat

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Andreas Kruszelnicki Szpegowicz Sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo

6942 praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et Nobilis Constantini Kruszelnicki Szpegowicz filij sui, pro Cuius rati habitione cauet et se praesentibus inscribit nomine, Nobilem Mathiam Kruszelnicki Lepieszowicz olim Nobilis [illegible] Kruszelnicki Lepieszowicz filium et ipsius posteros de Summa Centum Quinquaginta florenorum polonicalium per eundem Nobilem Mathiam Kruszelnicki Lepieszowicz supposito Constantino Kruszelnicki Szpegowicz suo Recognoscentis filio coram Actis officij praesentis inscripta et super bonis ipsius videlicet tota et integra sorte in bonis villa Kruszelnica Terra et districtu praesenti Praemysliensi iacenti et consistenti modo obligatorio de Triennio ad Triennium ad soluendum assecurata, nec non de eadem ipsa Inscriptione Castrensi Praemysliensi obligatoria, omnibusque et singulis illius Contentis ob praestitam et

sufficientem